Regius, (qvi in Privilegiis dicitur Capitaneus) debet concordare cum Iudicibus Criminalibus urbis ad ſententiam ultimi ſupplicii contra Nobiles aut alios, is enim cardo est Statuti Thorun: neq; unqvam absq; conſenſu Burggrafii Regii Iudicium ſcabinale Gedanenſe Nobilem punivit poena mortis. 2) Carcer qvoq; Urbis eſt idem cum carcere Burggrafii, qvi judicat alias violentias, mitior tamen, qvam caſtrenſis turris ſub terra. 3) Permittit qvoq; Statutum Thorun: capere et incarcere Nobiles qvi cædes et alias violentias commiſerunt in Urbibus aut oppidis Regiis aut Spiritualibus aut Secularibus bonis.

Ex qvibus omnibus apparet, qvod nulla ſit Nobilibus præjudicioſa differentia, inter modum judicandi delicta Nobilium ſive fiat juxta Statutum Thorunenſe per totam Poloniam uſitatum, ſive juxta morem civitatis Gedanenſis, ubi Burggrafius Regius, reſpectu ortus, plerumq; et reſpectu officii ſemper cenſetur Nobilis